



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena**

**Origenes**

**Coloniæ, 1685**

Libri primi partitio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79842](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79842)





# PETRI DANIELIS HUETII ORIGENIANA.

OPERIS TOTIVS PROLOGVS ET PARTITIO.

**C**OLLIGENTI mihi superstites primigeniorum Origenis Operum reliquias, & in publicam lucem dare paranti, optimum factu visum est, & vulgo utile, nec à Scriptorum ætatis hujus, qui Veterum edendis monumentis operam suam consecrarunt, consuetudine alienum res Origenis referre. Quod parce à nonnullis, indiligenter ab aliis, plene, & animo vel amore vel odiis vacuo à nemine omnino factum adhuc, sedulam & affectibus liberam tractationem exposcebat. Res Origenis dico, non gestas modo, sed cogitatas etiam ab eo, & literis proditas: nec enim agendo solum, sed meditando quoque, commentando & scribendo vitæ suæ otia Origenes partitus est. Quamobrem trifariam dividetur istud quod aggredimur opus. Ac primum ipsius perscribemus vitam, facta, mores, & obitum. Hinc de ejus eruditione disceremus & dogmatis, quæ magnas in Ecclesia dum viveret, majores post ejus excessum turbas conciverunt. Scripta demum ejus, quæ multorum Critica vexavit, attingentur & discernentur.



## LIBER PRIMUS ORIGENIS VITA.

*Libri primi partitio.*

**Q**uatuor capitibus liber iste absolvitur. Primum continet, quidquid natales inter Origenis, & Severi Imperatoris mortem intercessit. Secundum pertinet ab obitu Severi ad initia imperii Maximi. Tertium res Origenis à Maximini primordiis ad Philippi necem gestas complectitur. Quartum à Philippi morte exorsum in Origenis occasu desinit.